



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

250. An vivæ vocis oracula regularibus concessa hodie sint ablata, &  
extincta? Ex p. 11. t. 6. & Misc. 6. r. 45.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

6. Et tandem non deferam hic apponere verba Hieronymi Garcias in *Politica Regulari* tom. 1. tract. 8. diff. 1. dub. 6. num. 6. vbi sic ait: Pregunta Leandro de Mureia. quest. 10. Selecta, sobre el cap. 6. de la Regla de San Francisco, que estan renocados los Privilios de los Regulares, que son viua vocis oraculos, y responde, que se puede vñar dellos in foro conscientia, porque estos privalios estan inseridos en otros privalios; que no son viua vocis oraculos, por las concesiones generales, de quouis modo concessa, & concedenda. Y traen un privalio de Urbano VIII. del año 1624. en que no limita oraculos en favor de la Compania. Ni obstante dezir, que despues Urbano VIII. despacho otra Bula, que fue el año 1631. en que reuoca los viua vocis oraculos, porque en esta Bula solo reuoca los concedidos a instantia de Emperadores, o Principes, o autorizados por Cardenales; pero no habla de los que reuoco Gregorio XV. y assi aquellos fueran tienen. Ita ille.

7. Sed his non obstantibus, contraria sententiae adhæreo, quam tuerit doctus & amicissimus Quintanadueñas, in *Theol. Mor.* tom. 1. tract. 9. singul. 3. num. 1. & seqq. vbi ita afferit: Concessiones praedictae, Martini V. Innocentij VIII. Leonis X. probabiliter creduntur, fusile tantummodo viua vocis oracula; si quidem Bullæ, sive Indulta eorum non producentur ab eis, qui diligenter Privalio Mendicantium colegerunt ut de Privalio Leonis X. notat Henriquez, & de aliis Corduba cum Doctore Ortiz, in addit. ad collect. verb. *Dispens.* §. 17. id est ut ita facta reuocata esse dicendum est, & similiter oraculum Pij V. Unde ex vi harum concessioneum tutum non est ut hoc Privalio, cum Gregorius XV. Bulla, quæ incipit, *Romanus Pontifex*, edita Romæ 2. Iulij anno 1622. sic oracula, 1. reuocauerit, omnia, & singula Indulta. Facultates, & Privalia, gratias & concesiones quacunque spirituales, & temporales, tam ad fauorem interius, quam ad exterius spectantes, ac tam ad supplicationem partium, quam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus a Sede Apostolica: que tamen viua vocis oracula hactenus quondamque, & qualitercumque, ex quavis etiam de necessitate exprimenda cauila, quibusvis Collegiis, Capitulis, Ordinibus tam Mendicantium quam non Mendicantium, Societatis, etiam Societati Iesu, ac Congregationibus quibuslibet sive eorum & earum respectu, Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prelatis, Prioribus, Rectoribus, Generalibus, vel Provinciis, quocumque nomine nuncupatis Superioribus, etiam quomodolibet exemplis, ac Sedi praedictæ immediate subiectis, cuiuscumque dignitatis, præminentia, aut quovis privalio munitis; non tamen ad supplicationem Regum concessis, in iis videlicet que nunc sunt fortita effectum, tenore praesentium reuocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, & annulamus, &c. Et §. 2. addit. Firmis tamen, & in suo robore permanentibus S. R. E. Cardinalium manu firmatis pro ipisis, vel alii factis, & de quibus idem S. R. E. Cardinales testimonium in scriptis praebuerunt. Et postea §. 5. apponitur clausula communis: Non obstantibus. Affectur haec Bulla a Laurentio Cherubino, tom. 4. Bull. fol. 131. pro 27. huius Pontificis. Sed Sanctissimus D N. Urbanus VIII. sua Bulla, quæ incipit: *Alias felicis*, edita Romæ 20. Decembri 1631. reuocat omnia viua vocis oracula etiam si sint testimonio, sigillo, & subscriptione cuiuscumque Cardinalis munita, & ad instantiam Imperatoris Regum, & Principum concessa. Advertendum est, quod Gregorius XIII. Bulla, quæ incipit: *Ex benigna sedis*. &c. edita Romæ anno 1575. & Paulus V. Privalia omnia Minorum confirmant, & in-

nouant, ut testatur Hieronymus Rodriguez QQ. Reg. resol. 77. Vnde probabile existimat Lezan. QQ. Reg. cap. 3. num. 2. Peyrinus, tom. 3. cap. 12. conf. 18. & alij, oracula facta ante hos Pontifices, vñpt per has Bullas confirmata, & innovata, seu denudata concessa, non esse reuocata per Bullas Gregorij XV. & Urbani VIII. ac ex consequenti nec priuilegium ad hanc dispensationem reuocatum existimare. Sed doctrina haec non contemnendas difficultates continent quocirca deferenda est. Nec vñquam ego tam admisi; in meo enim libello duarum hebdomadarum, c. 16. n. 12. non ex mea, sed ex Lezane, & Peyrinus, tentia sum locutus, quam nullo modo approbo. Ita Quintanadueñas, & ego, non enim fulcitur fuit a nobis Tragedie in damnum Religionis, sed in huius materiei calamum, & ingenium coarctare debemus. Vide etiam Eminem. Dominum meum Cardinalem de Lugo in *suis nouissimis & doctissimis Responsionibus Moralibus* lib. 4. dub. 3. n. 2.

## RESOL. CCL.

*An viua vocis Oracula Regularibus concessa habet sua ablatas, & extintas: Ex part. 1. tractat. 6. & Mil. Ref. 45.*

§. 1. **N**on minus est practicabilis, ac etiam periculosa praesens difficultas, quam fuit altera in superiori resolutione tractata, & quidem negative sententiae adhaerent plures Doctores, alleentes per Bullam Urbani VIII. hodie non esse reuocata oracula viua vocis, confirmata per Bullas sub generali nomine quorundamque privaliorum, vel etiam sub expresso nomine oraculorum. Probatur haec opinio, quia confirmatio, vel innovatio privaliorum ex certa scientia seu motu proprio facta, vim habet novas concessiones, que iam habetur per Bullas. Ergo quæ prius erant viua vocis oracula, iam fuit privalia concessa per tales Bullas Pontificis confitimus concessiones prius factas sive Bulla, & subinde talia privalia non comprehenduntur sub reuocatione oraculorum viua vocis. Unde colligunt praedicti Doctores omnia privalia concessa Religionibus viua vocis oraculo ante Pium V. & Gregorium XIII. vel ante Clementem VIII. & Paulum V. habent iam vim privalij bullati, nam hi Pontifices ex certa scientia confirmarunt omnia privalia, gratias, & facultates Regularibus concessas quomodolibet, etiam viua vocis oracula. Quare iam omnia oracula precedentia facta sunt privalia bullata, & proinde non comprehenduntur sub reuocatione oraculorum viua vocis. Post vero privalia Religionibus confirmata fusile sapientia à variis summis Pontificibus per Bullas authenticas motu proprio, ex certa scientia, & de plena potestate potestatis, ac interdum exprimere privalia, gratias, immunitates, etiam viua vocis oraculo concessa. Plures enim Bullas habet Manuel in suo Bullario, multas annos Hieron. Rodri. sive num. 7. & 8. feliciter aliquas ad rem nostram. Pius V. anno 1567. die 16. Maij. Confirmat ex certa scientia Mendicantium omnia privalia etiam viua vocis oraculo concessa. Eisdem ferè verbis, confirmant omnia privalia Minorum Gregor. XIII. die 1. Maij anno 1575. Sixtus V. die 3. Octobris anno 1587. Clemens VIII. die 20. Decembri anno 1597. sic inquit: Omnia, & singula privalia, immunitates &c. in genere vel in specie etiam per solam signaturam, etiam viua vocis oraculo, aut alias sub quacunque forma, & expressione verborum concessa, & in eis contenta illorum omnium

nium tenores, ac formas, & decreta, ac si de verbo ad verbum infererentur praesentibus pro sufficien-  
ter expressis habentes; auctoritate Apostolica tenore  
praesentum ex certa scientia confirmamus & in-  
nouamus, illisque frui, vti, & gaudere posse, ac de-  
bere in iudicio, & extra in omnibus, & per omnia,  
ac si specialiter, & expresse eisdem per nos conce-  
ssam, decernimus; supplentes omnes iuris, &  
facti defectus. Similiter Paulus V. anno 1605.  
die 23. Maij confirmauit priuilegia Dominicanorum.

2. Gregorius XIII. plurius Religionum priuilegia confirmauit ex certa scientia. Gregorius XIV. anno 1591. die 8. Iunij confirmauit priuilegia Societatis Iesu, dicens; Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolica plenitudinib[us] potesta te laudabile Societatis institutum, & quelibet ei priuilegia qualiacumque sint; ac si ad verbum praesentibus infererentur pro expressis habentes tenore praesentum approbamus, & confirmamus. Clemens VIII. duabus Bullis anno 1592. & 1593. confirmat similiter priuilegia Benedictinorum. Paulus V. anno 1606. confirmans Societatis institutum, ait; Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine laudabile predicta Societatis institutum, nec non priuilegia, facultates, exemptiones, gratias, & indulta, quia licet illa sint approbamus, & confirmamus, eaque omnia, & singula innouamus, & de novo concedimus. Idem Pontifex eodem fere tenore anno 1609. confirmat priuilegia Minorum, vt refert Hieronymus Rodriguez *lupr. n. 7. & anno 1610. priuilegia Carmelitarum discaleca- torum, ut habetur inter ipsorum priuilegia.*

3. Et hac omnia docet doctissimus Pater Franciscus Lugo, Author Latinus & insignis in quodam manuscrito de hac materia, quod mihi Romae per humanae praecepta & penes me habeo, & in confirmationem sententia amicissimi viri adducam alios Authores, qui hanc opinionem tenent, & prater Peyrinum, Leandrum, Garziam, Samuelem, & alios à me alibi adductos, hanc sententiam tenent Thomas Hurtadus *tom. 2. tract. 1. 2. cap. 1. §. 2.1. numer. 168. cim. sequen. & tom. 1. tract. 2. cap. 6. ref. 2.2. numer. 2.50.* Marcus Vidal in area Theol. mor. tit. de *Iurisdictione inquis. 4. numer. 15. usque ad numer. 2.4. Pellizarius ex man. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 7. numer. 131. & 132.* Sed magis clarè tract. 4. cap. 7. numer. 5. Possentius in *Recollect. qq. mor. cap. Miscel- lageo pro Regularibus ante scđ. 1. fol. 44.* Basilius verb. *Priuilegium 5. numer. 8.* Straccius Generalis Carmelitanorum in *instruc. ad suos fratres;* Martinus de San Ioseph in *mon. Confess. tom. 1. libr. 1. de ma- trrimonio, tract. 43. numer. 4.* vbi sic ait: *Aunque lo se foso los abrogó Urbano VIII. pero no aduirió, que este priuilegio està renovado por ser dado por viua vocis oracula, y lo se foso los abrogó Urbano VIII. pero no aduirió, que este priuilegio es concedido por Bulla, por quanto en la que dio Paulus V. el año de 1609. de la con- firmacion de nuestros priuilegios, confirmó los vias vocis oracula, etiam de verbo ad verbum illuc infererentur, y si los infiriera cadauno de por si en la Bula, nadie negara, que auian per- dido la naturaleza de viua vocis oracula, y ad- quirido la de priuilegios, y lo mismo es auiendo los infierer con la clausula general dicha, puer- implicari, & expliciti eadem virtus est, cap. cim. quis, de re scripti, lib. cim. quis, ff. de rebus credit. Ita Martinus.*

4. Et tandem Ioannes de Soria in fine sua summa tract. de Regularibus dub. 1. sic afferit, suppono primo, Bullam Urbani VIII. tantum tollere & re- vocare oracula viua vocis concessa, quæ præcis-

oracula viua vocis sunt; itaque non se extendit di-  
ctum decretum ad Bullas, neque ad alia priuilegia  
viua vocis concessa vim habentia Bullarum. Et ratio  
est manifesta: quia ista lex est quasi penal[is]; ergo  
restringenda est & non amplianda, secundum illam  
regulari iuris Canonici, propt[er] habetur in Bonifacio  
VIII. conuenit odia restigiri, & fauores ampliari, &  
secundum illam 49. in penit[er] benignior interpretatio  
est facienda.

5. Secundò suppono, illud non esse præcisè viua  
vocis oraculum, quod licet in sua cœla, & prima-  
ria concessione tale fuerit, nunc reuulatum est  
per bullam aliquicu sequentis Pontificis, & ab illo  
concessum saltem implicitè, & generali concessione  
ex certa scientia, & ad perpetuam rei memo-  
riam.

6. His positis sit conclusio. Probabile est conce-  
ssionem factam à Pio V. vt possim ministeri Provin-  
ciales committere Religiosis approbatas ( secun-  
dum Concil. Trident. decretum) auctoritate dispensandi cum viris, & mulieribus incustoditis, qui  
carnaliter peccauerunt cum coniugineis alterius  
coniugis intra secundum gradum, ad hoc vt possint  
petere debitum in foro conscientia tantum nunc  
teneri. Sic sustinere debet secundum doctrinam  
suam Lezana *tom. 1. cap. 3. numer. 2.1.* Et clarissimus  
Peyrinus *tom. 3. in conf. 18. Vrbani VIII. num. 1. in school.*  
Potestque colligi ex Parisio *l. 2. conf. 6. 1. n. vlt.* Et  
similiter ex Patre Leandro de Murecia Capuccino  
super expositionem Regule Minorum quam fecit  
qui vt probabile defendit, non esse priuilegia de-  
rogata.

7. Probatur hac vniue ratione. Quia per decretum  
Urbani VIII. tantum revocantur oracula viua vocis  
quæ sunt, & tantum habent vim viua vocis oracu-  
lorum: sed concessio predicta Pij V. non est humili-  
modi, quia vim habet Bullarum, & quasi priuilegijs  
perpetui virtutem, ergo &c. maior pater, quia hoc  
decretum est odiosum & penale, ergo restringi de-  
bet, & non ampliari secundum Regulas iuris iux-  
titias.

8. Minor, in qua est difficultas, probatur. Quia post  
concessionem Pij V. electi anno 1566. 17. Ianuarij,  
succedit Greg. XIII. electus 1572. 23. Maij, qui  
Bulla, & Apostolicis litteris certa scientia, ad  
perpetuam rei memoriam omnia priuilegia, & in-  
dulta & viua vocis oracula Pontificum Prædec-  
torum concessa approbavit, confirmavit, & innova-  
vit, vt licet, & maiori virtute, & robore possint uti  
fratres Minores, quibus data fuit Bulla. Sic habe-  
tur in Bulla, vt videri potest in Bullario Rodriguez  
*tom. 2.* Nos igitur, qui omnium, &c. libenter  
animumus eaque favoribus prosequimur opportunis,  
huiusmodi supplicationibus inclinati, præmissa ac  
omnia, & singula alia priuilegia, immunitates,  
exemptiones, libertates, prerogativas, fauores, con-  
seruatorias, declarationes, facultates, dispensationes,  
gratias, concessiones, indulgentias, & indulta  
spiritualia, & temporalia; etiam per modum com-  
municationis, & extensionis inter se, & cum aliis  
Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus,  
&c. etiam singularibus personis, nec non Monasteriis  
& locis quibuscumque in genere, & in specie  
etiam per solam signaturam, etiam viua vocis  
oracula, vt prefertur, aut alios tam præfatos, ac  
quoscunque alios Romanos Pontifices prædecesso-  
res nostros, &c. dicta auctoritate A postolica tenore  
præsentum ex certa nostra scientia approbamus,  
confitamus, & innouamus: perpetuanque roboris  
firmitatem obtinere, &c. Ergo talitem Minores, &  
omnes illi, qui videntur illorum privilegijs per  
communicationem uti possint concessionem Pij V. sine

R E S O L . C C L I .

An priuilegia Mendicantium reuocentur per Bullam Cœna Domini : Ex p. 3. tr. 2. Ref. 10.

§. 1. A Ffirmatiue respondet Péregrinus in schola ad nostra priuilegia, part. 2. iii. Bull. Cœna. Ratio potest esse, quia in publicatione dictæ Bullæ, quæ fit singulis annis, derogatur expresa Mendicantium priuilegiis. Quod si dicas non esse verisimile, quod Pontifices, qui dictæ priuilegia concesserunt, ea voluerint statim reuocare, nam hec vili esset, vel voluisse illudere, vel decipere. Respondet, quod dictæ priuilegia valuerunt tantum durante vita dictorum Pontificum, qui presumendi sunt in publicano. ne dictæ Bullæ semper voluisse exciperre eos, quibus priuilegia concesserunt.

2. At his non obstantibus Sousa in Bulla Cœna cap. 2. disp. 10. n. 7. cunct. 3. Peirinus in priu. Minimorum, tom. 1. conf. 4. Sixti IV. §. 5. n. 10. &c. seq. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 9. diffic. 61. n. 5. Bullam Cœna tenet non reuocare Regularium priuilegia, quia ut alii dicunt est in clausula Bullæ Cœna, non prohibetur absoluere absoluere ratione priuilegiorum, sed contra protextu, unde afferit Villalobos ubi supr. [A las palabras de la Bula se responde que aqui no se reuocan los priuilegios, si no absoluere eorum protexu y por esto no se excluye lo que se haze con legitima facultad; porque la palabra (protexu) es velamen quo moueri se quis ad aliquid agendum simular, como dice Sousa, y declarando Gonzales in Reg. 8. Canalar. gloss. 57. m. 2. est la palabra, dice Dictio sub protexu idem significat, quod sub velamine, vel colore aliquo cuius rei, quæ non est, vel iam definit esse, seu falso est. Lo qual se prouua per el derecho en l. sub protexu 1. & 2. C. de trav. fact. de manera que solo es color para hazer uno lo que quiere, y assi no comprehendida esto, y queda libre el priuilegio de los Religiosos.] Vnde ex his patet responsio ad argumentum contra riae sententia. Dico enim, ut supra dictum est, Bullam Cœna non prohibere absoluere priuilegia Mendicantium, sed absoluitionem eorum protexu. protexus autem non excludit illud, quod efficaciter legitima facultate interueniente, sed illud quod sub aliquo velamine exercetur. Sed hoc non accidit in casu nostro, ergo, &c.

3. Sed post haec scripta inueni hanc sententiam, prater citatos DD. docere etiam Laurentium de Portel in addit. ad dub. Regul. ver. Abb. num. 10. vbi prater rationes adductas hanc addit. Quia Bulla Cœna nonobstante sua rigorosa reuocatione, non tollit, quomodo valeant priuilegia Bullæ Cruciate ad absoluendum a caibis Bullæ Cœna, exceptis illis, quæ exprimitur in Bulla Cruciate. Ergo cum priuilegia concessa Religiosis non sint minoris valoris, quam priuilegia Cruciate, cum Cruciate non tollit priuilegia Religiorum, iuxta communem sententiam, lequit priuilegia Religiorum in fato conscientie non tolli per reuocationem generalen Bullæ Cœna, quoad casus in illa contentos, si fini occulti, excepta hæreti; & proinde poterunt absoluere subditos ab illis, si sint occulti, excepta hæreti. Ita Portel. Vide etiam circa praefentem questionem Summa de Relig. tom. 4. tract. 1. lib. 2. cap. 2. 1. Sed prima opinio est omnino tenenda, & ita tenent ex nostris viis doctrinam, & amicissimi, P.D. Thomas de Afflieto, & P.D. Zacharias Paqualius, quibus adde Zanardum in die rect. Theol. p. 1. de Sacri pan. cap. 24. §. 8.

RESOL.

eo quod transgrediantur decretum Urbani VIII. derogans viæ vocis oracula; siquidem talis concessio propriæ iam non est viua vocis oracula. Idem potest affirmari de ipso Pio V. quia similiter iste Pontifex viæ vocis oracula in suis constitutionibus innovauit cum clausula, aësi eorum tenores de verbo ad verbum, &c. hoc est dg cerq scientia; quæ clausula cum habeat vim nouæ concessionis, illa oracula iam non amplius oracula sunt, sed concessions per breue. Idem dicendum de Clemente VIII. creto 1592. 30. Iauu Hucusque Soria.

9. Et hæc sunt placita Doctorum in favorem negatiue sententia, quos tamen pater Hurtadus ubi suprà, præter Straciam non viderat, licet ipse dicat apud se habere libros, & quia Sapientissimus vir virget me debuisse iudicium meum ponere, dico me declarasse in par. 10 adhærendo, ut nunc adhæreo opinioni affirmatiæ, afferenti oracula viuae vocis hodie per Bullam Urbani esse omnino sublata. Felix, qui faciunt aliena pericula cautum. Probatur nostra opinio. Nam oracula viuae vocis, quamuis per Bullas confirmantur, & innouentur, aut etiam denuduconcedantur, adhuc manent oracula viuae vocis, ergo manent subiecta huic reuocationi. Antecedens ostendit, quia per confirmationem, aut innovationem non mutatur natura, vel conditio rei; alioquin non esset eius confirmatio, vel innovation, sed noua prædictio rei diversæ. Manet igitur oracula confirmatum, id est magis firmatum, & roboretum in suam oraculi natura, non autem illam exiit, aut mutat in naturam, & denominationem priuilegij. Bullata: ac si binde sub reuocatione comprehendit. Confirmatur, nam bullæ reuocantes oracula viuae vocis, reuocantur etiam per clausulas. Non obstantibus, &c. constitutionibus omnibus, & litteris Apostolicis, quæ tali reuocationi possint obstat: Nec appetat que aliae possint obstat, nisi tales confirmationes oraculorum viæ vocis.

\* Alibi, vi in Rocafull. & alias à me \* alibi adductos, Patrem Bordorum in conf. Regul. tom. 2. refal. 3. n. 4. & Baldellum tom. 2. lib. 3. diff. 34. n. 16. quibus omnibus adde Portel se retractantem in respon. tom. 2. c. 110. seu ultimo. Et quidem nostram sententiam esse communem fatentur ipsimet Aduersarij, vt Soria loco citato, & approbari ab omnibus Tribunalibus Vrbis Romæ non dubito, vt à sacra Rota, sacra Pœnitentiaria, & à sacris Eminentissimorum Cardinalium Congregacionibus, nisi velimus asserere Bullam felicis Memoriae Urbani VIII. frustra emanatam fuisse, ac pro nihil deservire. Sed hæc dicere est absurdum, ergo &c. & quidem si opinio contraria esset vera, cum Gregorius XV. die 16. Octobris 1621. non solum motu proprio, & ex certa scientia confirmasset omnia priuilegia nostræ Religionis Clericorum Regularium, sed etiam omnia innovasset his verbis, & singula priuilegia innovamus, ac de novo etiam concedimus, sequeretur inquam, nunc viuae vocis oracula concessa ante Gregorium XV. habere ius, & vim, ut concessa per nouas Constitutiones Summorum Pontificum confirmantes omnia hæc priuilegia. Ergo nullo modo remanent reuocata per Confirmationum Urbana. Sed vt diximus nostra sententia si perius addita non est deferenda, quam etiam nouissime tuerit amicissimus, & nunquam satis laudatus Pater Antonius Escobar, & Mendoza in Theol. Moral. tom. 1. lib. 6. sect. 2. cap. 13. prob. 16. num. 144. & cap. 16. prob. 3. n. 195. vbi non solum docte, sed prudenter casum petrat.